



bacar. subs. DLAT bacrio. ETYM fortasse a bachia < Bacchos 'uini deus' siue < bacca 'uuae acinus'^{EM}; relatio tamen amplior ad Africanas linguas occidentales pertinens fieri potest, item ad guanchorum uocabulum bucino 'cauum' uel 'scyphum' significantem; hac ratione uerba ut bucca et bucar 'poculi genus' conueniunt, quae uocabula mediterranea antiquissima fuisse uidentur, ergo ad i. e. minime pertinentia; bacar tamen, si ad Bacchus pertineret, cum mediterraneis linguis orientalibus coniunctum esset¹; et^{TLL} cum bacca coniunctum est²; item, uocabuli finis -ar ad bucar et calpar refert. ∞¹ Delgado, Á. (1943): 'Purpura Gaetulica', Emerita 14, pág. 124 ss. Madrid, CSIC. VARRO Ling 7.87. uinum in Hispania bacca. ² ISID Orig 20.5.4. baccea primum a Baccho, quod est uinum, nominata: postea in usus aquarios transiit.

arta relatio inter bacar et Bacchus affirmare permittit, teste Isidoro de uocabulo baccea, bacar uas uino potando aptum fuisse, postea ad usos aquarios transiisse ¶ uas uino uel aquae potandis aptum • vaso para beber vino o agua [HYPER uas potorium] 📖 PAUL FEST 28. bacar uas uinarium simile bacrioni. GLOSS 2.27.58. bauar εἶδος ὀγγείου.